

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Aliqvot // [Aliquot] Epistolæ Reverendi // Patris Piæ
Memoriæ D. // Martini Lutheri quibusdam Theologis // ad
Augustana comitia Anno 1530 scri//ptæ**

Luther, Martin

[S.l.], 1549

VD16 L 3724

Magistro Philippo confessori Christi, Martyri uero Melanthonis, fratri
charissimo Doctor Martinus Lutherus.

urn:nbn:de:bsz:31-61767

duces. Saluta omnes nostros, Gratia Dei cum omni-
bus uobis Amen. Ex Eremo. 3. Augusti. 1530.

MAGISTRO PHILIPPO
Confessori Christi, Martyri uero Melan-
thonis, fratri charissimo Doctor
Martinus Lutherus.

74

Iam habe-
mus satis
causarum
efficienti-
um, nuf-
quā enim
non ad-
sunt noui
legis lato-
res.

GRatiam et pacem Christi. Intelligo sane mi
Philippe nolle te contemni à me tuas causas
finales traditionū. Quare contra ego quo-
q; protestor, primum, nolle etiam me contemni à te
causas meas efficientes traditionum. Sensibus hæc
imis res est non parua reponas. Nihil est quod fi-
nales causas quis iactet, si nulla sit efficiens, hoc no-
sti. Quare cum neq; principes neq; Episcopi pote-
statem habeant, traditiones in Ecclesia statuendi,
nihil est quod iactent, pium esse, licitum esse, exer-
citiū esse, Eucharistiam esse, disciplinam esse, De-
us ista non curat, sed mandatū suū exigit. Adempta
igitur causa efficiente, non potest resisti istis abomi-
nationibus Antichristi, cum dicat hoc pium, hoc lici-
tum est, Quis enim hic erit iudex? quis definitor?
Exempla adsunt quæ urgebunt et facile obtinebūt,
pium erat filium immolari exemplo Abrahamæ, pium
erat, ait Muncerus, occidere reges Canaā et amor-
reos, Ergo occidamus et cæte: Igitur à causa efficiē-
te non discedo, hoc primum. Secun-

Secundo, Cause tuæ finales sunt omnes impos-
sibiles, Nam si quæram, quæ sint illa pia uel licita
per traditiones statuenda, dices Eucharistia, disci-
plina &c. At hæc iam uerbo diuino sunt statuta,
præcepit enim Deus orare, prædicare, gratias age-
re, exercere carnem, erudire populum & pueros.
Da igitur mihi opus aliquod traditionibus subie-
ctum. An purgatorium, peregrinationes, fraterni-
tates, sanctorum cultum dabis? Hæc scilicet sunt
extra uerbum Dei, At simul impia quoq;. Nullum
igitur cum sit opus, quod traditio possit de nouo
statuere, consequens est, ut opus iam diuinitus præ-
ceptum apprehendat, & ueluti prædicamentum
substantiæ præsupponat, quod postea solemniset, ut
aiunt, & uestiat quantitate, qualitate, ubi, quando,
ad aliquid. Vt gratias agere est opus traditionis,
Immo non traditionis sed præcepti diuini, fit uero
traditionis, dum ea dicitur, hac hora, hoc loco, hac
uoce, tanta mora, hoc habitu, hoc gestu uolumus id
efficere. At hæc prædicamenta accidentium in
operibus suis, Deus uoluit esse libera & uera acci-
dentiæ, nequaquam uero substantiam.

Iam redit disputatio ad circulum suū, quo nec
ipsa accidentia ullus potest alijs imponere nisi iussus
& causa efficiens a Deo uocatus, sicut, si quis loqui-
tur et ministrat tanquā uerbo et uirtute dei. Hæc de

traditionibus sentio, uerum an te & tua intelligam
nescio. Quod traditionibus misces εθελοθρεσκια
in tuo Bernhardo quem ponis recte sentientem, &
tamen eligere certum ieiunium pro gratijs agendis
hoc non uoco traditionem à potestate statutam, sed
electiciam priuati hominis operationem. De quo
sic arbitror, quod non liceat Bernardo tale ieiuni-
um uel ordinem eligere. Derogaret enim hæc sin-
gularitas uel ordo ceteris ordinibus & operibus
DEI, cum omnia nostra fieri debeant in nomine
Christi & ad gloriam Dei. Illa uero singularitas
obscuraret hæc omnia exemplo periculoso et scan-
dalo imperitis noxio, & (sicut scriptura loquitur)
offendiculo coram cæcis. Quamquam si etiam hoc
scandalum toleraretur eo remedio temperatum,
quod simul doceretur iuxta hunc Bernhardi ordi-
nem (sicut oporteret doceri) multo sanctiorem esse
ordinem quemlibet DEI ut coniugum, seruorum,
parentum, liberorem ordinem, & multo aptiorem
ad gratias agendas, & DEO millies probatiorem
quam istum singularem et electicium, non esset me-
tuendum istam Ethelothreskiam præualituram, sed
hæc extra causam.

Summa hæc est non licere λατρεια ullam eli-
gere aut inuenire absq; expresso mandato Dei &
certo uerbo. Sic enim hæctenus docuimus & recte,

Quid

Quid uero aliud esset ille ordo Bernardi quam ue-
ra λατρεία quædam ultra et præter quas Deus præ-
cepit prorsus electicia ?

Hæc accipe à me ut diuinante de tua senten-
cia magis quam perspiciente, forte alijs sum distra-
ctus cogitationibus, ut tua minus uideam, Alioqui
mibi mirum est, cur talia quasi ignarus quæras,
cum sciam te optime omnia nostra intelligere, Ego
puto in his sufficere causam efficientē, scilicet quod
Bernardus non debeat talem cultum eligere aut se-
qui, quia non est ad hoc uocatus, nec habet uerbum
Dei, per quod fiat efficiens causa, alioqui cultus ip-
se & finalis causa per sese esset sancta, si uerbo
DEI mandaretur. Hoc est mea opinione fieret
causa efficiente uere Sancta. 4. Augusti. 1530.

DOCT. MART. LVTH.
ad Philip. Melan.

DE legibus difficilima omnium quæstio à
multis uarie tentata, à nemine unquam ex-
pedita, hoc facit primum imperfecta no-
ticia Spiritus, deinde malicia humana.

8.

B 3

Efficiens,